

Sacram d) **M** Folium III B

quomodo dicitur sacramentum.

Quomodo dicitur sacramentum et circa declaratōem huius nominis.

Notandum quod modis dicitur sacramentum.

Et dicendum secundum quod dicitur in libro de sacramento. quod sacramentum dicitur multipliciter. Primo large sicut sunt illa per quae fideles disponunt ad bona ut ciñeres aqua benedicta et huiusmodi. et sic nullo modo dicitur sacramentum. Secundo magis proprie scilicet per cuiusdam dispositionibus ad vera sacramenta. ut est cathexismus et baptisterium et vestes ad missas. Tertio modo magis proprie et vere sic illud in quo virtus divina secreti operatur quod sic dicitur nunc. Sacramentum est invisibilis gratiae visibile signum: cum causa eius existat et imagine eius gerat. et sic accipiendo propriissime sacramentum missae dicitur sacramentum et huiusmodi sacramentum dicitur triplici ratione. Nam sacramentum dicitur uno modo quod sacramentum mentem. In missa autem mens sacramentum vel sacramentum dicitur quod sacre rei signum. Signa enim exteriora. scilicet panis et vinum figuratur pro corpore christi ibi existens. sicut habet in quibus multi secularium. Tertio dicitur sacramentum quod sacri secretus cuiusmodi est hoc quia res sacratissima. scilicet corporis christi ibi continetur.

De secundo nomine

quomodo dicitur missa.

Missa dicitur quadruplici ratione. Primo ratione angelorum qui ibi mittuntur. secundo ratione filii dei qui ibi mittitur a deo patre. tertio ratione nostri: quod per ministerium sacerdotum qui mediatorum vice fungitur inter deum et homines votantem mittimus et precem deo fundimus ibi: ut sic deus mittat nobis benedictiones et gratiam. quarto ratione assistentium. scilicet catheximorum qui foras mittebant antiquitus in ecclesia primitiva. ut dicit hugo. Tunc enim solebat diaconus lecto evangelio clamare dicens. Exite

missa d)

catheximini. quia sacerdos secretus incipit. Ratio autem expulsiōis erat: quod illi erant sine sacramento baptismi quod est fundamentum aliorum.

De tertio nomine

quomodo dicitur eucharistia.

Eucharistia proprie dici potest ab eo quod est bonum: et charis quod est gratia: quasi bona gratia: quia communicat illum in quo est plenitudo gratiae. Unde Job. i. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam per gratiam. Et idem. Vidimus gloriam eius et gloriam quasi unigeniti a patre plenus gratia.

Eucharistia d)

De quarto nomine

quomodo dicitur hostia.

Hostia dicitur ut habet in psalmo. Disrupisti vitula mea tibi sacrificale hostia. Item notandum secundum ysaia. et huiusmodi. quod hostia dicitur ab hostibus vincendis sicut victima a victo. Cum antiquitus antequam iret ad bellum faciebant deo sacrificia et vocabatur hostia. sed quia vicerat iterum faciebant et vocabatur victima. Quia ergo nos hoc sacramentum offerimus deo ad vincendum hostes nostros. scilicet demones. ideo merito hostia dici potest.

hostia d)

De quinto nomine

quomodo dicitur immolatio.

Immolatio secundum eundem ysaia. rum quo super dicitur ab in et molles. quia in mole altaris sacrificatur. et quod sacrificium debet fieri in altari. ideo immolatio est et dici potest. ideo dicitur in psalmo. Immola deo sacrificium laudis.

immolatio d)

De sexto nomine

quomodo dicitur communio.

Communio dicitur quasi communis esca. communicare etiam secundum papiam id est quod simul participare de uno pane. Et quod omnes de

gio